Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

229



℟. Congregate sunt gentes in multitudine
ut dimicent contra nos et ignoramus
quid agere debeamus domine deus ad te sunt
oculi nostri ne pereamus. ℣. Aperi celos
tuos domine et uide afflictionem nostram.
Domine deus. ℟. Aperi celos tuos domine
et uide afflictionem nostram circumdede-
runt me nos gentes ad puniendum nos sed
tu domine extende brachium tuum et libera
animas nostras. ℣. Congregate sunt gentes
in multitudine ut dimicent contra nos. S; tu.
Ad aperiat dominus Unde supra.
cor nostrum in lege sua et in preceptis
suis et faciat pacem in diebus nostris.
Ad. Libera nos deus in mirabilibus tuis et da glo-
riam nomini tuo. Ad. Da pacem domine in di-
ebus nostris quia non est alius qui pugnet pro
nobis nisi tu deus noster. Ad. Extende domine
brachium tuum et libera animas nostras
ne pereamus. Ad. Tu domine uniuersorum qui
nullam habes indigentiam uoluisti tem-
plum tuum fieri in nobis conserua domum
istam immaculatam in eternum domine.

Et Domini secunda.

Et surrexit Iudas qui uoca-
batur machabeus filius eius pro eo.
Et adiuuabant eum omnes
fratres eius et uniuersi qui se coniunxerant
patri eius et preliabantur prelium israel cum leticia.
Et dilatauit gloriam populo suo et induit
se loricam sicut gygas et succinxit
se arma bellica sua in prelius et protege-
bat castra gladio suo. ii. Simi-
lis factus est leoni in operibus suis et sicut
catulus leonis rugiens in uenatione.
Et persecutus est iniquos perscrutans eos
et qui conturbabant populum suum eos
succendit flammis. Et repulsi sunt inimici
pre timore eius et omnes operarii iniquitatis
conturbati sunt. iii. Et directa est
salus in manu eius et exacerbabat re-
ges multos et letificabat iacob in ope-
ribus suis et in seculum memoria eius in be-
nedictione. Et perambulauit ciuita-
tes iude et perdidit impios ex eis
et auertit iram ab iacob. Et no-
minatus est usque ad nouissimum terre
et congregauit peruntes. iiii. Et
congregauit apollonius gentes ex
samaria uirtutem multam et mag-
nam ad debellandum contra israel. Et cog-
nouit iudas et exiuit obuiam illi
et percussit et occidit illum. Et ceciderunt
uulnerati multi et reliqui fugerunt.
Et accepit spolia eorum et gladium ap-
pollonii abstulit iudas et erat pug-
nans in eo omnibus diebus. v. Et
audiuit seron princeps exercitus syrie
quod congregauit iudas congregati-
onem et ecclesiam fidelium secum et
ait faciam mihi nomen et glorificabor
in regno et debellabo iudam et eos
qui cum ipso sunt qui spernebant uerbum regis.
vi. Et preparauerunt se et ascenderunt
cum eo castra impiorum fortes auxi-
liarii ut facerent uindictam in filios